

*Tu es sacerdos in æternum,
secundum ordinem Melchisedech.*

Lectio Epistolæ ad Hebræos

5, 1-6

- ¹ **O**mnis pón̄tifex ex homínibus assúptus
pro homínibus constitúitur in his, quæ sunt ad Deum,
ut ófferat dona et sacrificia pro peccátis;
- ² qui æque condolére possit his, qui ignórant et errant,
quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte
- ³ et propter eam debet, quemádmódu et pro pópulo,
ita étiam pro semetípso offérre pro peccátis.
- ⁴ Nec quisquam sumit sibi illum honórem,
sed qui vocátur a Deo tamquam et Aaron.
- ⁵ Sic et Christus non semetípsum glorificávit,
ut pón̄tifex fieret,
sed qui locútus est ad eum:
«Fílius meus es tu;
ego hódie génui te»;
- ⁶ quemádmódu et in álio dicit:
«Tu es sacérdos in ætérnum
secúndum ór̄dinem Melchisedech».

Verbum Dómini.